

totis viribus animatisq; mentibus in au-
gilium opēq; accersire persuadeo. quoniā
nec vereor. vt sicut eius tempore ab om-
num hereticorum iaculis ecclesiam eri-
puit. Sic hīce temporibus summ⁹ & im-
mortalis deus orationibus & innumeris
meritis eius ab omni turcorum & infide-
lium atrocitate eam eximere dignabitur.
Iesu pijsimo prestante qui verax est & pi-
entissimus christianorum Defensor Amē.

Sermo eiusdē magistri Ambrosij cho-
riolani. In quo quidem ostendit. q̄ Au-
gustinus est imago trinitatis.

Boniam non

nulli quavis de causa nescio
concitati. Augustinū vt mea
in oratione disserui. Trini-
tatis imaginem nullo pacto

dicī posse retulere. ne quid absurde aut er-
ronee dixisse videar. meum in apertū du-
cere animum presenti sermone decreui.
quem non vt pertinaciter aliquid asse-
re quod absonus videatur institui. sed vt
indagata veritas elucescat. hoc scribendi
opus suscepi. in quo imaginis quiddita-
tem & noticiam primū indagabo. Subin-
de nonnulla transigere ac probare gestiā
Postremo quasdam pro viribus ambi-
guitates dissoluam. Ostendens nō Au-
gustinum solum. qui tam aperte tāq; di-
lucide indivisibilem illam trinitatem. in
vnica & ineffabili essentia cōsistere apuit.
verum etiam quamlibet dei creaturam ra-
tione preeditam eatenus posse nuncupari.
Ebi si quid quod aures miuus domi-
natiōis tue demulceat reperies illud tue
ingenti peritite corrigenduz offero. quod
tanto ago libentius. quanto non dubito
vehementius. summa cum caritate meuz
affectus honorem.

Ho quippe sunt in homine qui
bus ad indivisibilis eterneq; tri-
nitatis noticiam proficiscimur. q̄
rum vestigium alter. alterūq; imaginem
sacri doctores appellare consueverunt.
Hoc nempe. ceu a sapiētissimo Salomo-
ne didicimus in numero. pondere. & men-
sura consistit. aut in rei pncipij. medij. ac
q; finis distinctione. vt quidē sensere phi-
losophi. Nonnulli ex specie. figure. & ori-
dine cōstitui opinati sunt. Alij hō in vni-
tate veritate & bonitate cōsistere existimā-
tes. patri tanq; vno primo principio ex
quo sunt omnia. Unitatem filio ceu sapi-
entie prime. quā solā scire cōtingit venta-
tem. paraclyto hō spiritus sancto. quoniā
carissimum dona ab eius missione ma-
nant. bonitatem velut appropriata que-
dam contribuere. at vero imaginem dis-
cretam & vnicam quandam similitudinez
& rei ad rem coexistentiam esse aiunt. quā
simpliciter minime suscipiunt. sed eam di-
rimentes aliam magis. aliam vero min⁹
perfectam esse dicunt. quā magis ac om-
ni ex parte fatentur esse perfectā bis pre-
munitam esse conditionibus diffiniunt.
Qd in natura sit intellectuali. qd in eo sit
quod ex altero sit natura profectum. Qd
vnum alteri simile sit & conforme. Quod
vtrūq; vnā eadēq; perfectiōne & essen-
tiam obtineat. Quod fin speciem ipsum
repsentet imaginatum. & eo quidem vsq;
vt hec illud omniphariāz imitetur. Hinc
pleriq; imaginem ab ipsa imitatione sum-
psisse nomen ferunt. quoniam eam ima-
ginatum in oibus imitari oporteat. Hoc
modo si quis imaginem sumat. recte sen-
tut dei solum filium patris imaginem nū-
cupando. Ipse nāq; solus est. qui cū sim-
plex. & intellectus summa puritate nitens
ac natura ex patre genitus. vnus eiusdē
q; substantie & essentie persistens. ei pror-
sus coomnipotens est & coequalis. Al-
tero quidem modo imago sumitur. cum
nec tot circumstipata conditionibus vni-
tatem nature. perfectionum equalitatem
naturalem originem & vim omnimodā
designandi repellit. in natura tamen in-
tellectuali similitudo qdam existēs. Ipsa
quoquo modo personalia indicat & repre-
sentat. sic non solum homines. quin mor-
do quodam excellentiori angelos ad dei

imaginem conditos esse fatemur. Est nā
 q̄ angelus ⁊ homo rationis et intellect⁹
 particeps. ac summo ⁊ immortalī deo in
 his similis. quoniam vt vna est dei essen-
 tia. vna natura. eadēq̄ substātia. persone
 autem tres. pater a nullo est susceptus. fi-
 lius a patri solo genitus. amboꝝ autē
 nex⁹ paraclytus spirit⁹ sanctus ab vtro
 q̄ procedens. coeterni. coomnipotentes
 ⁊ coequales. sic ⁊ hominis vnica est ani-
 me substantie. tres autem potētie. memo-
 ria. videlicet intellect⁹ ⁊ voluntas. eiusdē
 essentie coeue. Non enim aliquid est tē-
 poris interuallum excogitandum. in quo
 memoriā intellectum p̄ire. aut intelle-
 ctum voluntatem antecedere pensitem⁹.
 Sunt ⁊ rursus coequales. quoniam q̄c-
 quid memoria tanq̄ apocrisarius animi
 obrinet illud intellectus velut iudex no-
 nit ⁊ discernit. illd̄ velle ⁊ eligere. q̄it id-
 dem reijcere odio libere appetitus tanq̄
 rex in anima potest. Series item actiu⁹
 earum est potentiarum quam inter se di-
 uine persone habent. Distat autem a ver-
 stigio in his imago. quoniā hec fm̄ spe-
 ciem. illud autem fm̄ genus. Nec distin-
 cte magis. illud confuse potius represen-
 tandi officium habet. pedis nāq̄ impres-
 sione. que vestigium quoddā est. pertran-
 sisse. illac hominem nosces. Sed Egestā
 vel Borgiam pertransisse: perpendere. p̄-
 fecto. nisi fm̄ accidens nequibus. Cesarī
 autem imagine. idem mor cesar in mentē
 venit. Eodem quidem modo principium
 medium. atq̄ finem cōtemplantes. Tri-
 esse in diuinis conferimus. sed que tria.
 qualēq̄ distinctionem intelligere nequi-
 uimus. Ex ipsa vero imagine. tres in vna
 natura. sic esse personas dignoscimus. vt
 ea equales. coeternas. ⁊ distinctas esse in-
 telligamus.

o **U**nicalterum genus complectar
 n vbi eaispsa que hac de re i animo
 sancti probare gestiam. Ex quib⁹
 illud primo transigam⁹. in ea solum crea-
 tura imaginem reperiri. que p̄dita ratio-
 ne ab omnium fuit opifice plasimata. id-
 circo sui creatōis imaginem quispiāz de-
 fert quoniā ipsi⁹ est capax. Sed capax dei
 hō est. q̄ ipsum intelligit ⁊ amat. Fosse
 autem ⁊ amare deum his datum est solū

qui p̄diti sunt ratioe. ea de re beluis ne-
 q̄ religio neq̄ imago data est dei. q̄ par-
 ticipantes non sunt rationis.

P Transigam⁹ insup ab imaginato quā
 libet re ipsa imaginem distingui. manife-
 stum est autem hoc in rebus omnibus p̄-
 pendendis. Cesaris nāq̄ a cesare. Pua-
 mi a puamo imago secernitur. Scorsum
 contrariuz si sancire possemus. in eo solet
 potissime. quem patris eterni imaginem
 confitemur. vnde in sapientie libro aper-
 te ostenditur. eum lucis eterne candorez.
 ⁊ speculum sine macula. dei maiestatem ⁊
 imaginem esse bonitatis illius. at vero si-
 delium nemo ambigit dei filium ei⁹ a pa-
 tre realiter esse distinctum.

q Transigamus quoq̄ aliquā esse crea-
 turam. que recte trinitatis imago dicitur
 Respectus nāq̄ omnis. qui aliquando
 esse cepit creatura quedam ē. at enim quā
 in homine vel in angelo imaginem sancti-
 mus trinitatis respectum ⁊ habitudinem
 quandam esse constat. nec illā sane men-
 tis quispiam eternam esse diceret. cū de⁹
 solus sit. qui eternitate mensurez. In eo.
 Item quod in homine vnicam esse ani-
 me essentiam. tres autem potentias dici-
 mus trinitatis esse imagines probauim⁹.
 Sed facturam illud esse dei quis asse-
 re verebitur. Homo enim ⁊ quicquid in
 eo est esse. aliquando a deo suscepit.

r Transigamus postremo biphariā q̄d-
 piam posse alterz appellari. aut quoniam
 illius in recto. vel q̄ in obliquo suscipit p̄-
 dicationem. Primo quidem modo. homi-
 nem rationale dicimus esse animal. lineā
 vero quantitatem. altero autē modo. eun-
 dem corpus ⁊ animam. domum lapides
 ⁊ cementum. teste Aristotele. dicere cōsue-
 uerunt. Cum non nisi ex anima ⁊ corpo-
 re hominem. ⁊ ex lapidibus ⁊ cemento cō-
 stare domum dicamus. Vel iste esse in
 eis censeamus. Augustinus item memo-
 riam. intellectum. ⁊ voluntatem vnā ef-
 se mentem asseruit. Quoniam in vna mē-
 te eadēq̄ sunt anime substantia. Igit se-
 pe vna pro altera suscipit p̄dicatio.
 Sed in quartodecimo de trinitate volu-
 mine hanc ipsam veritatē aperto roton-
 v 3

doq; ore testatus est dicens. Eo eni ipso
imago dei est mens. quo capax ei⁹ est. Et
in libro de spiritu z anima inq̄. Non po-
terat anima esse imago dei si mort⁹ freno
clauderet. Et Bernardus in libro de mi-
seria vite hominis ait. De amas in deo.
q; imago dei sum. z paulo inferi⁹. Ima-
go dei e⁹ omnis anima rationalis. Et Pe-
trus longobardus in sententijs aperte ex
Augustini verbis hec verba transegit. Ec-
ce illius summe vnitatis atq; trinitatis.
vbi essentia vna e⁹. z tres persone. imago e⁹
humana mens. Subiectum rursus fun-
date rei predicationem se penumero susci-
pire in recto solet. sic anima. sepe memo-
ria. sepe intellect⁹. sepe appetit⁹. z a phi-
losophis z a theolog⁹ vocatur. Et id ceu
ab Egidio doctore profecto singularissi-
mo didicimus emphatice loquendo veri-
tatem obtinet. At vero trinitatis imagi-
nis subiectum esse hominem. testatur opi-
fer pumus qui geneleos libro inq̄. Homo-
minem ad nostram imaginem similitudi-
neq; formemus. Confirmat idem ratio
quoniam si aliquid subiectum e⁹ propriu.
I propriuq; exigit fundamentu. Et his
itaq; omnibus conferamus Augustinus
non modo sed hominem quemlibet trini-
tatis posse imaginem dici. cum rationa-
le z intellectuum quodlibet huius ima-
ginis subiectum sit. Sed ipse tanto mag⁹
sic appellari sine iniuria potest. quato pre
ceteris hominibus trinitatem explanaue-
rit. Mens enim atq; animus eius in di-
uinarum personarum cognitione z amo-
rem sic versabatur. vt noctesq; diesq; pen-
sare niteretur. q; magnum esset ineffabi-
le trinitatis mysterium quod cum morta-
libus virib⁹ ad illud attingere nequiuisset.
igētissimo succedebat affectu. ardebatq;
imēso amore suo. ac ita pfecta caritate suc-
cessus. Infundebat ei supna gra. qua pa-
trem. z filium. z spiritum sanctum proprie-
tibus constitutos. vnicam z simplicissi-
mam habere essentiam intelligebat. In-
fundebatur insup diuino illo afflatu ea-
rum tanta cognitio. vt que secum ipse in-
telligeret posteris. qui nec tanto valebat
ingenio. neq; tata imbuti gratia essent p-
uia relinquere posset. Solemus item. vt
Pythagorici aiunt. dicere. amicorum alte-
rum alterius esse imaginem. quoniam al-

ter nos in alterius ducit cognitionem. s;
vt ex diuine sapientie ore prodijt. Quis
q; amicus est dei. qui eius mandata inte-
gre seruat. At vero ex omnib⁹ qui in sa-
cre matris ecclesie templo nati sunt ami-
ci dei. hinc vnus epsolertissimus exiit. q;
eius precepta custodiuit. qui ei sicut ve-
ro domino seruiuit. Si Augustinus ita
q; rationalem habuit animam. si ea ima-
ginis esse dicimus subiectum. si cognitio
z amor sumus eius in trinitatem versaba-
tur. si ad eius similitudinem plasmat⁹ sit
non erronee. non incompte. non absurde
sic dici z appellari potest. Rursus euz
imaginis officium sit nos in illius duce-
re cognitionem quod imaginatum est. et
hic nobis pre ceteris trinitatis cognitio-
nem dederit vocari sic potest. vt trinitatis
imago. hoc est ad imaginem illius fact⁹
ad eius nos ducens cognitionem dicat⁹.
Postremo ab hac snia grammatici non
discrepant. qui figuris vtentes casuz pro
casu. pro parte totu in oratione texere se-
penumero consueuerunt. sic nos haud tri-
congrue trinitatis imaginem dicim⁹. q;
niam ad illius est imaginē factus. Et ve-
hementiorem etiam interdum sermonem
efficiamus. Dilce vti verbis solem⁹. Et
cesarem fuisse omnia dicamus. cum nec
tamen omnia fuisse. quin potius illa va-
luisse censemus. De imagine sic suo mo-
do coapta sermonem.

Postremo ad soluendas ambigui-
tates sermonem conuertā. Trāsi-
gere quippe sacri doctores cōsue-
uerunt inter imaginem quandam esse et
imaginatā consubstantialitatē. Sic eius-
dem esse cum deo nature z substātie crea-
turam oporteret. si eam trinitatis imagi-
nem diceremus. Absit autem vt intm la-
bamur errorem. vt siue homines siue an-
gelos illius habere essentiam z naturam
a quo plasmati sunt dferamus. quis enim
sic tolleret quod finitimi quod caducum
est z mortale. quod e⁹ temporis z variatis-
sioni subiectum eternum z incommuta-
bile esse. atq; infinitum. Quis creaturam
esse creatorem. Hercule. Mem o.

Quantum quoq; vim dicūt esse imagi-
nis vt eam imaginati agant omnem lea

cum similitudinem gerere. Nec in re ipsa aliquid esse aiunt. quod in eius imagine clare ac distincte velud in lucidissimo quodam speculo non reluceat. sed que nanque possit unquam esse creatura. que tam magna tam excelsa tanquam foret bonitate preedita. tanta virtute insignita gloria ac beatitudine imbuta. ut adeo distincte. adeo dilucidate. adeo aperte. incomprehensibilem et ineffabilem et omni ex parte infinitam patris et filii et spiritus sancti in essentia unitatem. in personis distinctionem. inter se potentie ac virtutis omnis equalitatem velud quoddam in circumscriptionem et ineffabile simulachrum gereret. Dei sapientiam. dei inquam filium patris solum esse imaginem ex his conferunt. qui cum eiusdem substantie. eiusdemque nature. in omnibus et per omnia similis ei integre et perfecte patrem manifestat. Non itaque aiunt. recte sentimus qui vel Augustinum vel aliam quamvis creaturam trinitatis esse imaginem asserimus. Sat his duobus argumentis una solutio sit. Namque ad unum eundemque terminum contendunt eadem solvi ratione oportet. At vero inspicimus constat: harum quamlibet rationum. de primo imaginis genere veritatem transigere. quippe quod quicquid clausulis premitum. dei filio dumtaxat competere disertum fuit. Amplius si quecumque ad aliud se habent natura simul esse. ut diffinitive philosophi opus est. horum alterum fiat oportet. vel ut ad se imaginem. aut nullam trinitatis imaginem. creaturam esse feramus. Atque habitudinem si quisquam tolleret. Non modo philosophie sed dialectice expers videretur. Alterum si quis asserat longe perplexus erit animus cum aperte intelligat haud ullam unquam fuisse creaturam. que illi principi coeterna extiterit. qui eius in verbo creaturam omnes ex nihilo inesse produxit. Relativorumque constat duo esse genera. Unum quippe. quod mutua inter terminos coexistentiam ponit. eatenus pater ad filium referatur ac mutuo se coexistunt. quis enim sine filio patrem esse. vel absque patre excoGITARE quis filium possit? Alterum genus est cuius extrema non inuicem habent coexistentiam. sic creatura ad creatorem dicitur. cum tamen ipse nullam erigat esse crea-

turam. Quod enim eternum est. haud illud coerigit. quod est tempore circumscriptum. At vero si in genere imaginem contineri liquet. Non itaque immortalis et vero deo coeternam esse vel existimari oportet. eorum preterea que ad aliquid sunt fundamenta et subiecta coeterna sint nequaquam oportet. oportere tamen respectus pariter pullulare asserimus. Quis enim ambigit Silium Eneam fuisse priorem. Eneam tamen quatum coeui esse Silio patris quis non asserit. Eodem pacto posteriorem deo esse creaturam nulla probatione egenus deus vero ut imaginatum quoddam est. Creaturam haud sub huiusmodi relationis tegurio manentem preire non concedimus. Tametsi hac sublata ratione. ille eternitate. hec vero tempore mensuretur. Nec ob id quisquam accidenti vel tempori subijciat deus opinetur. cuius actus purus imixtus et eternus sit. Prostratum ab animo sic concipiat. necesse est. cum ea que sui puritate antecellunt. non pure non simpliciter. sed composita et mixte capiat oportet. Differamus tandem ad potentiam dei imaginem creatam esse hominem. ipsum tamen imaginem esse non concedamus: substantiam namque accidentis. subiectum formam esse non est excogitandum. Absolutum enim existimaret si quis lignum albedinem diceret. quoniam eadem illud esse affectum constaret. Dico igitur se penumero subiectum per forma capi. et per parte totum esse sub eundem. Et ob rem si ad dei plasmatum imaginem eius fungatur nomine nec oberrat. ut ea tandem disputauimus aperte intelligantur tripartita in homine imaginem esse dei coferamus. Primum quidem modum. que respectu diuinarum summi personarum antea designauimus. Aliter est que naturam et essentiam circumscribit diuinam. ut sicut unum est deus omnium rerum principium. a quo cetera sunt producta. Ita uno ex homine ceteri traherunt originem. Et sicut idem immortalis. inuisibilis ubique totum nullibi circumscribitur. ubique presens. et omnem mundum gubernans. eatenus una est aie essentia in homine inuisibilis immortalitate preedita. tota in toto. et tota in qualibet humani operis parte. nec in nulla circumscripta portione. Neque per singulas partes vitam effundens consistit. Tercia demum est que in eo consistit. ut deum noscat et diligat. et ipsius gesta pro viribus imitetur saluatoris. que eius gratia imperfecte quidem nunc. tunc ad plene reficiatur. cum deum facie ad faciem poterit intueri. quoniam eius sicut

noscet amabit sicut delectabit ita quietabitur sicut quietabitur ita se deo confortem prestabit. et eo quidem usque. ut ab eius gratia secerni nulla occasione valebit. Amen.

Ambrosij choriolani in sacra Theologia professoris Sacri ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini. Oratio de laudibus eiusdem sancti. coram Paulo uero secundo Pontifice maximo et cetera Cardineo feliciter incipit.

Quasi sol refulgens sic iste refulsit in templo dei. Ecclesiastici quinisagesimo.

Nihil profecto

in omni natura corporea est. ex quo tot in uniuersa mundi machina effectus. tot rerum vicissitudines. tot denique proficiantur oblectamenta splendoris. quot quidem ex planetarum principe. Et si fas est dicere oculi mundi. et moderatore omnis luminis sole. emanare constat. Ob eam igitur causam nature indagatores maximi ex omnibus corporibus. que uita carent ei tribuere premium. Sane itaque sit. ut si in omni hominum genere quispiam inueniatur. qui sic ceteros superet homines. quemadmodum solem ceteris prestare corporibus cernimus. Eum inter animantia queratione utuntur unicum solique predicemus et referamus. Hunc autem splendorem fidei dei. doctorum principem scientie sapientieque uerbarum splendidissimum omniumque parentum uirtutum. Aurelium Augustinum esse censeo. Non iniuria igitur sacro sancta Romana ecclesia hanc de ipso laudem hodierna in epistola cecinit. Quasi sol reful-

gens sic iste refulsit in templo dei. Et quod in omni gratie. sapientie. sanctimonie. omniumque uirtutum genere. sic in eo uehementer splendor extiterit. Et nulla lingua mortalis. nulla uis nature nulla humani ingenij celsitudo. nulla demum dicendi ueritas ad eius laudes explicandas referendaque preconiis satis sit. tamen ne tantum luminis gloriam in hac eius celebritate silentio pretereamus. Egregiam hanc similitudinem. que ei cum sole. tributa est dumtaxat hoc tempore explicare conabor. Hunc enim singularem. et fere preter consuetudinem orandi hodierna die mihi modum peperit. ne in illum sermonem incidere quem octauo iam peracto anno. In conspectu felicitis recordationis. Per uis reuerendissimis dominationibus de eodem Augustino Tibure ipse recensui.

Refulsit itaque. ut dicere incipiam. ut sol Augustinus. quoniam sicut solare corpus subito uehementer lucem suam in nostro imperio effundit. ut ether qui inter nos celumque concludit. moreque primo. illuminatus. Nos cursu quotidiano docet. Sic Augustinus cunctis relictis erroribus. sacro sancto baptismatis fonte renatus ad dei maiestatem conuolat. et uersus ita ex templo in alterum uirum mutatus est. ita lucem suscepte fidei suis sanctis operibus repente manifestauit ecclesie. ut uelut celi tonitrua fulgurque ab oriente ueniens. de sue uite sanctitate et stupore et admirationem toti orbi terrarum ingessit.

Refulsit ut sol Augustinus. quoniam eum lux illius in simplicibus diaconisque corporibus liberius ac uehementius recipitur. ut stelle. uirum. aer. cristallique testantur. Sic maximi doctoris Augustini doctrina simplicium mentes. inuitatos animos. et expurgata corda. mirum in modum mouet irradiat atque inflamat.

Refulsit ut sol Augustinus. quoniam sicut solis oculis egris odiosa est lux. que puris est amabilis. sic uita et eruditio Augustini fidelibus et catholicis christianis tantumque celeste quoddam munus amoris summeque uenerationi erant. In fidelibus autem atque labefactatis erroribus odio atque incredibili displicentie habebantur.

Refulsit ut sol Augustinus. quoniam sicut sol tutum peregrinis iter. gratumque pre-